



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de  
Coloniae Agrippinae, 1655**

caput decimum primum. Quibus rationibus Catholica in Poloniae regno  
conservata sit religio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

etiam linteum quo illuminauerant, cruentauit. Quo  
nefario & impio facinore detecto, Iudei illi omnes visi  
cremari sunt. Hoc sane miraculum non multum  
dissimile est ei quod Sanctus Athanasius de Iudeis  
quibusdam refert, qui quem Iesum Christum in  
imagine sua rufus vellent crucifigere, ad iustus  
quos eidem infixerant, sanguinem videre copiose  
profundentes. Sed ut ad primum nostrum re-  
deamus miraculum, Re patesfacta, & coram Rege, qui  
Vilna tumerat in Lithuania, certe testimonij probata,  
rex nihilominus diligenter amplius inquiret, & secundum  
comporta, in reos lege agi iussit. Denou igitur re coram  
iudicibus ventilata, atque ita oculis subiecta ut negari  
non posset, nefaria illa sacrilega & unacum sceleratissima  
Iudea seria exta ante Festum Ascensionis Domini, ul-  
tricibus flammam absumpta fuit, eodemque supplicio se-  
quenti die omnes Iudei qui in Synagoga fuerant, sunt af-  
fecti Anno 556. Quis vero dubitet hoc miraculo  
Deum Polonis illis Calice in Contra Dominicam  
communione tanta contentione flagitantibus, os-  
teadere voluisse, quin corpus extra sepulchrum  
ab anima, sanguine & divina natura nequaquam  
separatum sit, carnis leu Christi, quam in sacra  
communione sumimus, mortuam & exsanguem  
non esse sed sancto sanguine, quem bibere deside-  
rant, plenissimam, a se recipi, ut cum manducant  
carnem, & que bibant ac manducant, quemadmo-  
dum intritum ex alveolo Abacuc Prophetæ Daniel  
sumens in lacu, & edebat & bibebat.

IV. Miraculum hoc tam illustre quam postea  
Nouorum illorum Prædicantium oculis à Catho-  
licis opponetur, quidam inter eos Cracoviæ  
conclaves habere solitus, tantam claritatem non  
ferens, contumaciter obfuscare voluit miraculo, eo-  
que hominem rusticum Matthæum nomine, pagi  
Biesbagensis colonum, exigua pecunia conductum sub-  
ornauit, ut mortuum se simularet. Quia ille conditione  
accepta, in secrum impositus, & ad epuleum delatus  
est sequente sinuis uxore & eto domesticorum grege, cum  
multo ploratu. Ibi quasi forte forsuna aduentens Poly-  
chromius (hoc enim nomen historia tribuit) ad templis fo-  
res funeris sisti iubet, & sermone ad populum de Euangelij  
quod ipsi annunciatet veritate habito: O Deus, inquit,  
omnipotens, sana obsecro manu tua omnipotente incredu-  
litatem huius populi: & ad corroborationem veritatis,  
quoniam populo huic annuncio exsuffera, quas, mortuum  
hunc, re qui Lazarum à mortuo resuscitasti. Deinde  
mortuum inclamans. Matthaia, inquit, prodi; surge  
Matthaia. At vero ille, quod dicitur, mortuo non iam ca-  
nabat. Aperte enim fandapila. Matthaia vero mortuus

est repertus. Tunc uxor lamentari, Dei & hominum-  
que opem implorare, & homicidam prædicantem dete-  
stari atque execrari, tam denique rem omnibus enar-  
rare, dolore vocem veritatis indicem exprimente. Testis  
huius retrogradi miraculi fuit Dominicanus qui-  
dam Religiosus, qui eodem die in oppidum vene-  
rat, in Russiam inde proficere; vi Rescius, Lin-  
danus & Alanus Copus in Dialogis suis testantur.  
Et sicuti miraculum hoc novos Evangelicos val-  
de infamauit; ita aliud quod anno M. D. LXXIX.  
Cracoviæ evenit, Catholicam fidem plurimum  
confirmauit, Quam enim in solenni processione Eucha-  
ristia & Sacramentum circumferretur, futoris cuiusdam  
Arriani uxoris fenestra prespiciens exclamauit: Ecce  
qualem virsum Papistæ portant & adorant. Vix inde in  
cubiculum digressum diabolus arripit, tandem post hor-  
ribiles ululatus, cruciatus & blasphemias, infelictem ani-  
mam in mariti complexu exhalantem. Huius rei tora  
ciuitas Cracoviensis, primaria regni vires, testis  
est, ut Rescius scribit. En tibi a daciam & furo-  
rem haereticorum! En Dei iustitiam, iniurias suas  
etiam his saepe vlciscunt! Eo vsque vero illorum  
progressa erat insolentia, ut sacerdotem quendam a-  
lio colore accersitum, cogere voluerint, ut Eucharistia  
Sacramentum porco fascijs involuto, tamquam ego in  
obscuro loco decumbens porrigeret: quia tamen animad-  
uersa fraude, moripotius quam tam nefarium facinus  
admittere voluit. Hoc quidem in oppido quedam  
Prussia Nitich nomine, accidisse memorant. Mul-  
ta alia his similia omitto, ab haereticis, illis in lo-  
cis ad Catholicam vexandam & opprimendam re-  
ligionem, non mihi, quam quæ dicta suæ, flagi-  
tiose perpetrata.

## QVIBVS RATIONIBVS CATHO- lica in Poloniæ regno conseruata sic religio.

### CAPUT XI.

#### ARGUMENTVM;

- I. Quorundam Polonia Episcoporum conatus.
- II. Ecclesiasticus status in Polonia opulentia & digni-  
tas.
- III. Memorabile Philippi Augusti Francie regis re-  
sponsum.
- IV. Palatini Podolia ad Catholicam fidem conuersio.

I. Kar.

I. ATENDVM omnino est, præter veritatem, quæ indiuidua Catholice Ecclesiæ est comes, ac propriam ipsius virtutem, Catholice religionis in Poloniæ regno conseruationem doctri- na & sanctitati Episcoporum quorundam deberi: quorum multi animaduertentes, Pastorum in Germania secordia & veterno evenisse, vt tor lupi in ouile irruperint, etiam atquæ etiam super gre- gibus fidei suæ commissis vigilaõdum sibi statuerunt. Inter hos præcipui fuerunt, Andreas Nefo- nius Episcopus Plocensis in Lituanie, & Valerianus Epis- copus Vilensis: super omnes vero optimus ille & doctissimus Cardinalis Hosius perdius ac pernox quasi pro Ec- clesia conseruatione excubabat. Ad subleuandam vero tanti oneris magnitudinem, ministros fide- les & industrios sibi accessuerunt, qui in partem curæ pro Dominico grege venirent, Patres nimi- rum Societatis Iesu, qui paucis annis, insigni fe- cunditate, vndeclim Collegia & Residentias per Regnum illud periculis maximis inuolutum con- stituerunt, & magnum diuini verbi præconum, Confessariorum & iuuenitutis moderatorum nu- merum in aciem contra hæresin fugandam vndi- que & profligandam produxerunt, Catholicamque Ecclesiam sanctam etiam pluribus in locis conseruarunt. Auctoque subinde numero ad 1000. capitum censum, duas Provincias Collegijs & Residentijs multiplicatis effecerunt.

II. Porro ad conseruationem veræ in Polonia fidei non parum momentia tulerunt Ecclesiastico- rum in eo regno, auctoritas & diuitiae. Vix enim credi potest, quanta ibi Archiepiscoporum, E- piscoporum, & aliorum Prælatorum tam quoad confederationes, quam quoad externas opes sit potentia. Aint Gnesnensem Archiepiscopum quadraginta, Cracouensem sexaginta, Postani- ensem quadraginta quinque ducatorum millia an- nua in censi habere, detractis sumptibus domestici- cis. Qui minimum quindecim ducatorum millia ex redditibus percipiunt. Gnesnensis certe, Leo- poliensis, Cracouensis, Ploensis, Vilensis, Gui- auensis, singuli ultra quadragena ducatorum millia ex censiibus annuis habent. Ex quo apparet, quomodo primitiva Ecclesia per paupertatem locuplerata, & per vilitatem & humilitatem suam ad tantam dignitatem eleata sit. Res omnes sua tempora habent & ætates. Et quemadmodum sub primis velut Ecclesiæ cunabulis Christianorum templa admodum humilia & inornata, paullatim

vero amplissimis donarijs, & ad maiorem Dei ho- norem exquisito ornatu fuere instructa: sic Re- ges ac Principes terræ, postquam Christianæ reli- gioni nomen deissent, nihil honorificentius sibi existimarunt, quam ad Ecclesiæ pedes coronas suas deponere, & bona atque opes suas eius Præsu- libus distribuere, vt tanto melius dignitatem suam tueri possint. Hoc quidem plerique omnes Chri- stiani Imperatores, Reges & Principes, fecerunt; in primis vero Polonia reges, in qua Ecclesiæ præ- fulum tanta est dignitas, vt etiam ab aduersarijs & inimicis summo honore afficiantur & demisse ob- serventur.

Quo tempore Andegauensis ad Poloniæ capi- pellendum regnum fuit aceritus, vidimus in Gallia Palatinos Cracouensem & Drohiciensem Trinitarios, Comitem item Tenchinensem & Palatinum Lublinensem Lutheranos, aliosque di- versarum sectarum Magnates, Archiepiscopos & Episcopos summo venerationis cultu prosequen- tes, vt nesciam an maior à Catholicis honor ip- sis potuerit exhiberi. Absente quidem Rege, aut interregni tempore penes Gnesnensem Archi- episcopum præcipua est potestas, cui Regni pro- ceras non minus obediunt quam ipsi Regi. Si- gulari vero magnificètia exteriori omnes vtun- tur. Qui minimum, centum equitibus, alij du- centis, trecentis, aut etiam quadringentis equi- bus comitati incedunt domi vero præcipuo- rum regi procerum ministerio vtuntur, immo nobilissimæ familiæ hæreditaria eiusmodi officia honori sibi ducunt. Quod si Protestantium ac Caluinistarum exemplo armis & vi Catholicam doctrinam propagate vellent, quantas Deum im- mortalem, copias, vel contra omnes tam Regni quam ipsorum dignitatia aduersantes & opibus in- fidiantes, omnes isti Archiepiscopi, Episcopi & Prælati contrahere & producere possent! Calum- niantur quidem haec potentiam Ecclesiasticis in personis Ministelli verborum, sed ita vt sperent eam in Ora sua deriuandam, aut abrogatam fore lupis ingressuris aperturam. Sed Opes istiusmodi & diuitiae non minimum Ecclesiæ contra hostium assultus sunt propugnaculum, vt ipsa Germania suo comprobat experimento.

III. De his memorabile in primis Philippi Gallorum Regis cui Augusti & Conquestoris ex merito fuit cognomen, dictum celebratur. Hunc Imperator Otho IV. cum Rex Angliae &

A 222 Comes

Comes Flandriae coniunctis viribus diu oppugnabant, iamque regnum, quemadmodum pellem aucto-  
ritate captum vslum, ut est in prouerbio, inter se pa-  
giterant. De quibus tamen omnibus plures & in-  
signes victorias consequutus, restituta pace & trā-  
quillitate, ut Deo pro toti beneficijs gratiam ali-  
quā rependeret, toto regno passim Ecclesiastis, Mo-  
nasteria & sacra loca multis prouentibus auxilium &  
locupletauit. Id quum agere admodum ferrent iū-  
qui vita summo inter tot pericula & militia la-  
bores acta, omnibus illis bellis bonam & fidelem  
Regi operam naurant, & eius hac deuota libera-  
litate p̄m̄ium virtuti & meritis suis debitum in-  
seruerūt: x̄st̄m̄abānt, cum admonuerunt, rectius  
atque urbis saeculum, si opes ac prouentus regni ar-  
gio inferres, ut eis deinde quando necesse fuerit, ad sta-  
tus sui defensio nem uteretur, quam se eandem in homi-  
nes iniurias & in diem viuentes profunderet. Qui vero  
Regem alloquebatur, è numero Togatorum erat,  
ne lisagatis fuisset, rex non eos de publicis sed de  
privatis utilitatibus sollicitos esse putaret. Tum  
Rex è vestigio sic respondisse dicitur: Evidē mī-  
nus mira vestra mihi videsur oratio, utpote eorum qui  
domi assidue delitescunt, nec pericula nisi auribus & è  
longinquo sentiunt. Nec quantis periculis conatus nostri  
Ḡd̄ct̄ōes quotidie pulsantur, nec vnde Victoria obue-  
niant, seire mihi videntini. Evidē in ocio viuens, tam  
ab externis quam domesticis hostib⁹ turus, sapienter  
miratus sum tantam Caroli Magni & aliorum meorum  
prædecessorum in Ecclesiasticam liberalitatem:  
at postquam pericula non solum ad coronam, verum  
etiam personam meam propius accesserant, sic ut &  
deregno & de vita simul mihi dimicandum certan-  
dumque fuerit, miratus sum valde non multo maiori  
liberalitate ipsos erga eandem usos. Id enim expertus  
fco, nec milites, nec equos, nec villa arma ad victo-  
riam quidquam proferre, nisi Deus exercitum ani-  
mum nobis & vires inspires. Ad diuinam vero impe-  
randam gratiam Ecclesiasticorum, qui velut domestici  
sunt & Dei familiares, nobis opus est ministerio. Quocir-  
canolite mirari quod huic hominum generi bene facio.  
Quidquid enim eiūs à me præstatur, id omne Deo & ho-  
nore ipsius ac seruitio præstatur.

Nec minus memorabilis est Francisci Regis ve-  
re Magni vox: quo audiente, quum omnium  
facili illius vitorum doctissimi, Budæus & Ca-  
stellanus de bonis Ecclesiæ, deque modis quibus  
illa acquisita essent, disputare coepissent, rex inter-  
fatus, Evidē inquit, si censeo, si tam mea quam  
aliorum omnium Principum scrinia & archiva exhi-

tatis, vix ullos antiquiores aut meliores titulos quam  
3. Petri inuenturos: cui ab Imperatoribus, Regibus,  
Principibus & populis factæ denationes ut antiquissimo,  
ita optimo iure nituntur, quum nostri & illorum titulis  
plerique vi & armis aut usurpatione maiorum nostrorum  
sint acquisiti. Ecclesiasticorum quidem in Po-  
lonia opes magna ad Christianæ fidei conserva-  
tionem attulisse subsidia, historiz testantur, quas,  
utpote ad institutum nostrum nos ita pertinen-  
tes, hoc loco omitto, & ad spiritualia potius me  
conuento.

IV. Potro in hoc regno Societas Jesu tam do-  
ctrina quam vita sanctitate magna sibi peperit  
auctoritatem, nec solum apud Regni senatores  
& proceres, verum etiam apud regem ipsum, qui  
P. Scatga & concionatore aulico & Confessario  
vtebatur. Quamvis autem Patrum horum ope  
multi quotidie ad Catholicam reducti sint: Ecce  
Ecclesiastis; præter alias tamen ioprimitis memorabilis  
est Palatini Mieczislauensis conuersio, quum utrū  
testibus oculatis accepi, enarrabo. Palatinus hic  
quoniam die quondam sacerdoti Catholicō plus pietatis  
quam doctrina habenti, vollet illudere, hominē, ad pran-  
diū inuitarat. Mensa assidēt, Palatino innuente,  
Predicans quidam varijs questionib⁹ vrgere capi,  
iam caput aliquod doctrina, iam Papa tyrannidem, iam  
dissolutam Ecclesiasticorum vitam in medium proponens.  
Taceat ad omnia bonus ille sacerdos, ac strenue in-  
terim appositus vescitur. Tandem ad Palatinum con-  
uersus, Quid hic hominis est, queso? O! inquit, Evidē ad  
prandium non ad disputationem inuitatus sum. ibi  
risu solui omnes, & boni sacerdotis simplicitatem, vel  
potius insciitiam (ita enim videbatur) ludibrio habere.  
Tum ille, Evidē, inquit, iam hoc agam, & prandebos  
ubi pransus fuero, tum forte homini illo respondebo.  
Sublatu mensis, sacerdos ita infit: Hodie facrum in alta-  
ri peragens, hac uersus sum preicatione: Discerne cassum  
meum degente non sancta. Spero sane hunc ipsum Deum  
pro suorumponentia & misericordia precessas meas ex-  
auditurum. Facto deinde Crucis signo, Predicantem ita  
alloquitur: In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti,  
per Dei, cuius ego indignus seruus & sacerdos sum, au-  
toritatem & potestatem mando tibi, maligno spiritu,  
ut obmurescas, nec per os istius hominis loquaris. Quid  
fit? Vix ille haec verba pronunciauerat, quum ecce  
Predicans p̄se magis mutus sedet. Tum sacerdos  
iterum, Iam, inquit, ut homo lequere: & tibi re-  
pondebo. Hactenus enim cum maligno illo spiritu, qui  
per os tuus locutus est, & tam atroces contra Iesum  
Christum

Christi sponsam iniurias euomuit, verba commutare religionis mihi duxi. At Predicantis frustra logui conatus, quum ne gry quidem profere posset, demissi capite totius pudore perfusus inde se proripuit, omnibus hoc miraculo obstupefactus. Illi tamen eadem, muto quidem, nihil tameo minus astuto diabolo color non defuit, quo hanc Predicantis infamiam palliaret, vim magica artis factum esse dictans. à qua tamen suspicione Goriscum (id enim nomen erat sacerdotis) vita simplicitas atque innocentia facile vindicabat. Palatinus vero miraculo hoc obstupefactus, in se rediens, errore, in quo educatus fuerat, abiurato, vna cum familia sua ad Catholicam Ecclesiam est reuersus. & in ea constanter perseverauit: quem Pibracus nosfer tam ob singularem eruditorem & eloquentiam quam armorum usum & rei bellicae peritiam maiorem in modum laudare est solitus. Idem heretico cuidam presbytero euensis Georgius Turonensis testatur, qui cum Catholico in eadem mensa cibum capicas, cumque irridens, mirabiliter itidem fuit conuersus. Ecce tibi vera Ecclesia & legitimæ vocationis sigilla, quæ in notha illa & spuria Ecclesia frustra quereras. At præstigias esse & magicas artes dicitis. Idem Iudeæ de Saluatore nostro dæmonia ejiciente & mortuos resuscitante dixerunt. Eadem arte S. Petrus maligno spiritui, qui Simonem illum magum in ære ferebat, vires ademit. Et quondam, quæso, miraculum in S. scriptura similia iudeorum conuictia, & calumnias effugere potuit? Sed ite vos, si placet, & magicas artes in subsidium accersite. Agite, vestro Marte vnum nobis producite miraculum, quo sacerdotibus nostris vocationem vestram legitimam esse negantibus, os ocludatis. Quid cessatis (qui extrema potius tentatis) qui tot facinora alia tentatis? quam vt hanc calumniam, vt vos dicitis, inultam finatis. Ite vos Prædicantes, & digitos vestros in os demoniacorum inscrivite, vt sacerdotes nostri faciunt. Periculum facite, an illæcos os sitis rursus extracturi. Evidem cum Erasmo potius crediderim, si vestras omnes vires conferatis, ne claudicantem quidem equum vos sanare posse. Sed ad institutum redco, à quo Palatini huius ad Catholicam fidem conuersi histrix nos paululum abduxit.

\*\*

## HÆRETICI IN POLONIA OMNIS

dignitatis exfortes. Ibidem varia sectarum inueniuntur genera. Iacobus Palæologus Dominicanus heretico damnatur & punitur.

## CAPUT XII.

## ARGUMENTUM.

- I. In Polonia heretici, regni Senatores esse non possunt.
- II. Cardinalis Hosius Catholicum cum hereticis collegis frustra impeditre conatur.
- III. Diaboli miraculum, in Antitrinitarij cuiusdam corpus ingressi.
- IV. De Andrea Dusithio Episcopo Quinquecclesiensi.
- V. De Iacobo Palæologo, eiusque vita & morte.
- VI. De Lutheranis, Anabaptistis, Calixtinis. & alijs hereticis qui in Polonia stabulantur.

**E**X omnibus sectis quæ in Polonia & Sarmaticis vigent regionibus, Trinitariorum præcipua fere est, quæ vna cum Græcanica non Poloniæ tantum utramque, sed Lithuania etiam, Russiam & Volhiniam occupauit. Horum Metropolitanus pluribus locis Patriarcham Constantiopolitanum agnoscunt: interim à Senatoria dignitate exclusi. Econtra omnes Catholicæ in Polonia Episcopi, regni sunt Senatores. Trinitarii quidem quantum ad pertinaciam, ceteris omnibus hereticis sunt similes: quoad articulos vero doctrinæ valde sunt varij & pugnantes. (a) Sanctam tamen Sedem non tanto odio prosequuntur. Demetrius Muhiadinus, homo non vulgari doctrina præditus (qua virtutem recte vius est!) unus ex præcipuis fuit Trinitariorum antesignanus. Hic Claudiopolis ad populum declamans, multis execrabilibus contra SS. Trinitatem effusis blasphemij, apoplexia correptus, in ipso vestigio animam exhalavit. Sed non cum ipso heresis, quæ in successores multo nequiores transfusa est. Prodierunt cum tabulæ quædam & picturæ, quibus boni illi homines operis, quod Deus scilicet, per ipsos efficerit, magnitudinem adumbrare voluerunt. Picta in Tabula viderur S. Petri, quæ Romæ est, Ecclesia: quam Lutherus & assecoræ altelevat.

Aza 3

bra-